



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Eusebiu Tu Pamphilu Ekklesiastikē Istoría**

**Eusebius <Caesariensis>**

**Mogvntiae, 1672**

VI. De fame quae Iudaeos oppressit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14478**

runt: ut vel ex his lectores nostri operis intelligant, quo pacto admissi in Christum Dei piaculi poenas ab illis non longè postea caeleste Numen expetiit.

## CAPUT VI.

*De fame qua Iudeos oppressit.*

Vide Nicephor. l. 3. c. 6.

**A**Gedum ergo sumpto iterum quinto historiarum Iosephi libro, Iudaeorum rei gestae tragediam recitamus. Ditiorebus quidem, manere perinde exitiosum erat. Nam propter divitias necabantur, quasi transfugere ad hostes voluissent. Ceterum simul eum inopia crescebat indies furor seditiosorum, & utrumque malum magis ac magis quotidie ingravescebat. Et palam quidem nullum in urbe frumentum erat. Sed seditiosi irruentes in domos, omnia scrutabantur: & si quid reperissent, aedium dominos, utpote qui frumentum se habere negassent, crudeliter verberabant. Quod si forte nihil invenerant, quasi diligentius occultassent, tormentis excruciant. Porro an cibos haberent, nec ne, indicio erant corpora miserorum. Nam qui adhuc firma erant valetudine, eos alimentorum copia abundare censebant. Qui verò jam contabescerent, eos miseros faciebant. Quippe à ratione alienum videbatur, homines jam jamque prae inedia morituros, ferro interficere. Multi verò clam facultates suas uno frumenti quidem, si divites essent, sin pauperes, hordei modio permutabant. Deinde in intimos aedium recessus sese abdent, nonnulli quidem famis ultima necessitate adacti fruges nondum molitas comedeant. Alii verò panem conficiebant, quantum necessitas metusque suadebat. Et mensa quidem nullibi apponebatur: sed crudos adhuc cibos ex igne abstrahentes singuli diripiebant. Miserabilis porro erat alimonia, dignumque lachrymis spectaculum: cum valentiores quidem cuncta praeiperent, infirmiores verò vicem suam dolerent. Omnes quidem animi affectus longè superat fames: nullum tamen aequè evertit ac verecundiam. Nam quicquid aliàs honore dignum est ac reverentia, in famis necessitate contemnitur. Denique uxores viris, filii parentibus, & quod omnium maxime miserabile erat, matres infantibus cibum ex

**A**φορας αἰσθητέας. ὡς ἀν ἐκ μέρας ἔχοιεν αὐτῶν τῆς τῆ γραφῆς ἐντυγχάνουτες εἰδέναι, ὅπως αὐτὸς τῆς εἰς τὸν Χριστὸν ἔθεε ἀδυναμίας σὺν εἰς μακροῦν ἢ ἐκ Θεοῦ μετήλθε ἡμῶν.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ 5.

Περί τῆς πείνης αὐτῶν λιμῶν.

**Φ**ερε δὲ ὅτι τῶν ἰσραηλῶν τὴν πέμπτην ἔτι τῶν ἰσραηλῶν χεῖρας αὐτῶν ἀναλαβάντων, τῶν τότε παραχθέντων διέλθε τὴν τραγωδίαν. τοῖς γε μὴν ἐμποροῖς φησὶ καὶ τὸ μένειν, πρὸς ἀπωλείας ἴσον ἦν. πρὸς φάσει γὰρ ἀντομορίας, ἀνθρώποις διὰ τὴν ἑστίαν. τὸ λιμῶν δὲ ἡ δυνάμειος τῶν σασιασῶν σιωπήματα, καὶ καθημέραν ἀμφοτέρα πρὸς ἑκάστον τὰ δεῖνα. φανερὸν μὲν γε, ἐδάμεν σίτον ἢ ἐπεισθηδὼντες, διηρέων τὰς οἰκίας. ἐπειδὴ ἐυρόντες μὲν, ὡς δρησαρδύνας ἠκίζοντο, μὴ ἐυρόντες δὲ, ὡς ἑπιμελέεσθον κρυψάντας ἐδασάνζον. τεκμήριον δὲ τὸ ἔχειν καὶ μὴ τὰ σώματα τῶν ἀθλίων ἦν. ὡν οἱ μὲν ἐπισυνεσῶτες, ἐμπορεῖν προφῆς ἐδόκουν, οἱ τικῶν μῦροι δὲ ἦδη, παραδεδούρητο καὶ κτείνων ἀλλοτρίων ἐδόκει τὰς ἰσραηλῶν ἐπιμελέεσθον ἀντίκα. πολλοὶ δὲ λάτρη τὰς κτήσεις ἐπὶ ἀνικαλῆν ἀξάντο μέτρα. πυρῶν μὲν, εἰ πλεονεξίᾳ τὴν τυγχάνουσαν ὄντες. οἱ δὲ πενεσέρον, κτείνων ἐπέλα κατακλείοντες ἑαυτὰς εἰς τὰ μνηστῆρα τῶν οἰκίων, πένες μὲν ἰσραηλῶν ἀκρας ἐπὶ δειάς, ἀνέρασον τὸν σίτον ἡδῶν. οἱ δὲ ἐπισυνεσῶτες, ὡς ἡ τε ἀνάγκη καὶ τὸ δέος παρήνει. καὶ τράπεζα μὲν ἐδάμεν παρεπίθετο, ἔτι πρὸς ἀφελκόντες, ἔτι ὡμα τὰ σίτια διήσπαζον. ἐλεεινὴ δὲ ἦν ἡ προφῆ καὶ δακρύων ἀξίος ἡ θεία τῶν μὲν δυνατωτέρων πλεονεξιοῦτων. τῶν δὲ ἀδυνάτων, ὀδυρμένων. πάντων μὲν δὲ παθῶν ὑπὲρ ἰσραηλῶν. ἐδὲν δὲ ἔτιως δόλον σιν ὡς αἰδῶ. τὸ γὰρ ἄλλως ἐν τρεοπῆς ἀξίον, ἐν τῆσιν καταφρονεῖται. γυναικὲς γοῦν ἀδυνάτων, καὶ παῖδες πατέρων, καὶ τὸ οἰκτερότατον, μητέρες νηπίων. ἐξήσπαζον δὲ αὐτῶν τῶν σωματῶν τὰς τρεοφάς. καὶ τῶν φιλάτων ἐν χερσὶ μαραινόμενων, σὺν ἢ φειδῶ τὰς τρεοφὰς ἀφελκόντες, ὁμοῦς ἐδιελάνθανον. πανταχῶς δὲ ἐν ἐφίσαντο οἱ σασιασαὶ καὶ τῆσιν ταῖς ἀεπαταῖς. ὁ πότε γὰρ κατέδωκεν ἀποκλεισμένῳ



ἀγρί: & qui adhuc integris viribus erant, A  
 tum multitudine mortuorum, tum  
 quod sibi ipsi metuerent, absterrebantur.  
 Plerique enim dum alios sepeli-  
 rent, ipsi mortem obierunt. Multi et-  
 iam antequam fatalis hora adesset, ad  
 sepulchra loculosque properarunt. Ce-  
 terum nec luctus in iis calamitatibus,  
 nec quæstus erat ullus: sed huiusmodi  
 animorum affectus fames superaverat.  
 Nam qui ægrè adhuc spiritum trahe-  
 bant, fassis oculis aspiciebant eos, qui  
 fato celerius functi, perpetua jam quiete  
 fruerebantur. Altum verò silentium &  
 dira quædam mortis caligo civitatem  
 obsederat. Sed his malis graviores e-  
 rant prædones. Effossis enim domibus, B  
 quæ jam in sepulchra conversa erant,  
 cadavera spoliabant, & velamina cor-  
 poribus detrahentes cum risu egredie-  
 bantur. Quinetiam gladiatorum mucro-  
 nem in ipsis cadaveribus experiri sole-  
 bant: & quosdam jacentium adhuc spi-  
 rantes, ad probandam ferri aciem trans-  
 figebant. Quod si qui ipsos rogabant,  
 ut manum sibi ac ferrum commodarent,  
 arrogantia elati, fami conficiendos  
 relinquebant. porro morientium  
 singuli cum seditiosos sibi superstites  
 relinquerent, fixis oculis templum spe-  
 ctabant. At seditiosi principio quidem  
 ex publico arario mortuos humari ius-  
 serant, cum cadaverum fetorem ferre  
 non possent. Postea verò cum humanis  
 corporibus nequaquam sufficerent,  
 in profundas voragine de muro pro-  
 jiciebant. Quas quidem circumiens Ti-  
 tus, ubi oppletas cadaveribus vidit, al-  
 tamque faniem putrefactis corporibus  
 diffluentem, ingemuit, sublatisque in  
 cælum manibus, Deum testatus est,  
 facinus illud suum non esse. Interpositis  
 deinde nonnullis, idem Josephus hæc  
 adjicit: Nequaquam verebor, inquit, D  
 palam dicere quæ dolor jubet. Equi-  
 dem arbitror, si Romani sceleratis istis  
 exitium inferre cessassent, aut hiatu ter-  
 ræ, aut aquarum inundatione, aut ful-  
 minum jactu instar agri Sodomitici ci-  
 vitatem fuisse perituram. Quippe ge-  
 nus hominum protulerat multo scele-  
 lestius iis, qui talia quondam perpessi  
 sunt. Itaque simul cum istorum furore  
 ac vesania universus populus interiit.  
 Sed & in libro sexto ita scribit: Eorum  
 verò, inquit, qui per civitatem fame in-  
 teribant, innumerabilis erat multitu-  
 do. Nec dicendo satis explicari possunt mala,  
 quæ assidue contingebant. Per singulas  
 enim domos sicubi vel umbra apparuisset  
 cibi, pugna erat, & conjunctissimi qui-  
 que inter se  
 νει, διὰ τε τὸ πλῆθος τῶν νεκρῶν, καὶ τὸ ἰσ-  
 σφᾶς ἀδύλον. πολλοὶ γοῦν τοῖς ὑπὸ αὐτῶν  
 θαπτομένοις ἐπαπέθνησκον. πολλοὶ δὲ ἐπὶ ταῖς  
 θήκας πρὶν ἐπισῆναι τὸ χρεῖον. ὡς γὰρ ἔλεγον,  
 ἔτε ἡ θρῆνῶν ἐν ταῖς συμφοραῖς, ἔτε ὄλα-  
 φυρμός ἦν, ἀλλὰ ὁ λιμός ἤλεγχε τὰ πάντα.  
 ξηροῖς δὲ τοῖς ὄμμασιν οἱ δυσθανάτουτες  
 ἐφωρῶν τὰς φθάσαντας ἀναπαύσαντες. βα-  
 θεία δὲ τὴν πόλιν ὡσεὶ ἔχε σιγή, καὶ οὐκ ἔτα-  
 νατε γέμεσα. καὶ τέτων οἴλησαι χαλεπώτε-  
 ροι. τυμωρυχοῦτες γοῦν τὰς οἰκίας, ἐσ-  
 λων τὰς νεκρὰς. καὶ τὰ καλύμματα τῶν σ-  
 μάτων φεισώμενες, μὴ γέλωτος. ἔξῃ σ-  
 τὰς τε ἀκμάς τῶν ξιφῶν ἐδοκίμαζον ἐν τοῖς  
 πτώμασι καὶ ἰνας τῶν ἐρριμῶν ἐπὶ ζῶνται  
 δήλων, ἐπιπέρα τὴν σιδῆρα. τὰς δὲ κεί-  
 ῶντας χεῖρας σφίσι δεξιὰν καὶ ξίφος, τὴν ἡ-  
 μῶν κατέλιπον ὑπερηφανοῦτες. καὶ τῶν  
 ἐκπνεόντων ἕκαστος, ἀτενὲς εἰς τὸν ναὸν  
 ἐφωρᾶ, τὰς σασιασὰς ζῶντας διπολιτῶν.  
 οἱ δὲ τὸ μὴ πρῶτον, ἐν τῷ δημοσίῳ θησαυ-  
 ρῷ θάπτεν ἐκέλευον τὰς νεκρὰς, τὴν ὁ-  
 μὴν ἐφύροῦντες ἔπειθ' ὡς ἐδήσκον, διὰ  
 τῶν τειχῶν ἐρρίπτου εἰς τὰς φάραγας.  
 φειδῶν δὲ ταυτὰς ὁ Τίτος, ὡς ἐθεάσατο πε-  
 πησμενὰς τῶν νεκρῶν, καὶ βαδὴν ἰχθῶν  
 μυδῶντων τὸν ὑπερρεῖον τῶν σωματων, ἐ-  
 ναξέτε καὶ τὰς χεῖρας ἀνατένας κατε-  
 μαρτύρατο τὸν Θεόν, ὡς οὐκ εἴη τὸ ἔργον  
 αὐτῶν. τέτοις ἐπειπὼν τινὰ μεταξὺ, ἐπιφ-  
 ρει λέγων. οὐκ ἂν ὑποσελαίμω εἶπεν, ἂ-  
 μοι κελεύει τὸ πάθος. οἶμαι Ῥωμαίων  
 βασιλευσάντων ἐπὶ τὰς ἀλιτηρίας, ἢ καὶ  
 ποθῶναι ἀνὸς χάσματος ἢ κατακλυδῶ-  
 ναί τινι πόλιν. ἢ τὰς τῆς Σοδομῶντος με-  
 λαβείν κεραινας. πολὺ γὰρ τῶν ταῦτα πα-  
 θόντων ἦνεκε χρεῖαν ἀθεωτέραν. τῆ γοῦν  
 τέτων ἀπονοία πᾶς ὁ λαὸς σωμαπώλετο. καὶ  
 ἐν τῷ ἔκτῳ δὲ βιβλίῳ, ἔτω γράφει. τῶν  
 δὲ ὑπὸ τῷ λιμῷ φθιερῶν καὶ τῶν πό-  
 λιν, ἀπειροὺ μὲν ἐπὶ τὸ πλῆθος ἀδύ-  
 τα δὲ συνέβαινε τὰ πάντα. καθ' ἕκαστον γὰρ  
 οἰκίαν, εἴπερ προσφῆς ὡραφανείη σια, πόλε-  
 μος ἦν. καὶ διὰ χειρῶν ἐχώρηον οἱ φίλοι  
 τοῖς ὡρῶν ἀλλήλων, ἔξαπαλόντες τὰ τα-

VESPASIANUS.

λαίπυρα τῆς ψυχῆς ἐφόδια. πῆσι δ' ἀπορίας, ἐδὲ τοῖς θνητοῖσι ἦν. ἀλλὰ καὶ τὰς ἐμπνέοντας οἱ λησαὶ διπρέων, μή τις ὑπὸ κόλπον ἔχων τροφήν, σκήπτου τὸν θάνατον αὐτῶν. οἱ δ' ὑπὸ ἐνδείας κεκνηότες, ὡσπερ λυοσῶνες κύνες ἐσφάλλοντο, καὶ παρεφέρθητο. ταῖς τε θύραις ἐνσιεῖοι μὲν μεθύσιων τροπον, καὶ ὑπὸ ἀμνηχανίας εἰς τὰς αὐτὰς οἰκίας εἰσεπήδων δις ἢ τρις ὥρα μιᾶ πάντα δ' ὑπὸ ὀδύνας ἤγρυ ἢ ἀνάγκη. καὶ τὰ μὴ ὅ τοῖς ῥυπαρωτάτοις τῶν ἀλόγων ζώων παρῆσφορα συλλέγοντες, ἐσθίειν ὑπέφερον. ζώων γοῦν καὶ ὑποδημάτων τελευταίων οὐκ ἀπέχοντο. καὶ τὰ δέρματα τῶν θύρεων ἀποδέρθητες ἐμασῶντο. τροφή δ' ἢ ἢ καὶ χόρτεσι παλαιῶν σπαραγμάτων. τὰς γυναικας ἐνιοι συλλέγοντες, ἐλάχιον σαθρὸν ἐπ' αὐλοῦσι Ἀπικῶν τεσσάρων. καὶ πῆ δ' αὖτις ἐπ' ἀψύχοις ἀναίδειαν ἔλιμῶ λέγειν. εἰμι γὰρ αὐτὸ δηλώσω ἔργον, ὅποιον μήτε παρ' Ἑλλήσι, μήτε παρὰ Βαρβάρους ἐστὶν εἰρημὸν μὲν εἰπεῖν, ἀπίστον δ' ἀκούσαι. καὶ ἐγώ γε μὴ δόξασμι τετραλειεῶσι τοῖς αὐτοῖς ἀνθρώποις, καὶν παρέλιπον τῶν συμφορῶν ἠδέως, εἰμὶ τῶν κατ' ἐμαυτὸν εἶχον ἀπειρες μάρτυρας. ἄλλως τε καὶ ψυχρὰν ἀνκαταμίμω τῆ πατρὶδι χάειν κατὰ φέμερτο τὸν λόγον, ὃν πέπονθε τὰ ἔργα. γυνὴ τῶν ὑπερ τὸν Γαερδάνην κατοικοῦσιν, Μαεῖα τένομα. πατὴρ Ἐλαζάρ. κόμισ Βαθεζώρ. σημαίνει δ' ἐ τῆτο οἰκῶ ὑσώπου. διὰ γὰρ καὶ πλεστον ὀπισθημῶ, μὴ ἔλοιπῆ πλήθες εἰς τὰ Ἐρεσόλυμα καταφυγῶσα σιωπολορεκέτο. ταύτης τῶν μὲν ἄλλων κτήσων, οἱ τυραννοὶ διήσπασαν, ὅσπιν ἐν τῆς περαιῆς ἀνασπιδασαμῆρη, μετήνεγκεν εἰς τῶν πόλιν. τὰ δ' ἐ λείψανα τῶν κειμελίων καὶ εἴτι τροφῆς ὀπινοησίη, καθημέραν εἰσπηδῶνες ἤεπαζον οἱ δουροφόροι. δεῖν δ' ἐ πὶ τὸ γυναικῶν ἀγανάκησις εἰσπαι. καὶ πολλὰς λοιδορεῶσα καὶ κατὰ σπιδρη, τὰς ἀεπαγας ἐφ' ἐαυτῶν ἠέρεθίζεν. ὡς δ' ἔτε παροξυνώμερός πὶς ἔτ' ἐλεῶν αὐτῶν ἀνῆρει, καὶ τὸ μὲν εὔρεῖν σπῖον, ἄλλοις ἐνοπία πάντα χόθεν δ' ἀπορεν ἢ ἢ καὶ τὸ δῖρεῖν. ὁ λιμός

A dimicabant, infelicis vitæ subsidia vicissim sibi rapientes. Nec mors ipsa fidem penuria faciebat. Sed eos qui extremum spiritum exhalabant, percrutabantur latrones, ne quis forte cibum in sinu abditum gerens, mori se simularret. Ipsi latrones præ inedia hiantes, huc illuc tanquam rabidi canes, vagrantque incerti ferebantur. & foribus illisi instar ebriorum, præ consilii inopia in easdem domos iterum ac sæpius unius horæ spatio irruebant. Porro omnia absque discrimine necessitas mandere cogebat: eaque etiam quæ ne sordidissimis quidem animalibus usui sunt, comedere sustinebant. Postremo nec cingulis nec calceamentis abstinerunt. Ipsa quoque scutorum coria avullâ dentibus conficiebant. Nonnullis vetusta ferri prælegmina usui fuere. Quidam enim cum festucarum levissimum pondus collegissent, quatuor Atticis drachnis venundabant. Sed quid opus est impudentiam atque improbitatem famis in rebus inanimatis ostendere? Facinus dicturus sum, cuiusmodi nec apud Grecos, nec apud Barbaros gestum fuisse memoratur: & quod tùm dictu horrendum, tùm auditu incredibile videbitur. Itaque libens certè acerbissimum hunc casum silentio præterissem, ne posteri fabulas ac portentosa me loqui existiment, nisi ex nostræ ætatis hominibus testes haberem prope innumerabiles. Ceterum leve ac frigidum quoddam officium Patriæ præstarem, si quæ mala re ipsa perpessa est, oratione dissimularem. Mulier quædam Maria nomine, eleazari filia, ex regione quæ trans Jordanem sita est, vico Bathezor, quæ vox hysfopi domum significat: genere atque opibus illustris cum Hierosolyma per fugisset, unâ cum reliqua hominum multitudine obfessa tenebatur. Hujus reliquam omnem supellectilem, quam illa ex ulteriore Jordanis ripa raptim collectam in urbem advexerat, jam tyranni diripuerant. Ipsas autem magnarum opum reliquias, & quicquid alimenti ipsa sibi conquerere poterat, irruentes quotidie satellites auferebant. ea res mulieris animum acerbissima quadam indignatione commovit. Ac sæpè numero conviciis & diris imprecationibus prædones de industria in semetipsam incitabat. Sed cum nemo illorum seu ira seu miseratione commotus, ipsam interficeret, ræderetque ipsam aliis cibum parare, nec verò jam parandi ullus modus superesset: cumque interim fames visceribus ac

medullis penitus infideret, & indignatio longè magis quàm inedia efferveret, mulier malis consultoribus usâ furore ac necessitate, adversus naturam ipsam confurrexit. Arreptoque filio quem adhuc lactentem habebat: infortunata puer, inquit, inter tot belli, famis, ac seditionis mala, cui te servem? Apud Romanos quidem, tametsi vivere detur, servitus nos manet. Sed nunc servitute ipsam prævenit fames: factiosi verò utraque calamitate acerbiores sunt. Proinde esto mihi quidem cibibus, factiosis verò furia, hominibus autem fabula, quod solum adhuc deest cladibus Judæorum. Hæc dicens, filium jugulat. Coctum deinde ipsa quidem dimidiam partem comedit: quod reliquum erat, opertum interim servabat. Cum ecce repente superveniunt seditionis, & sceleratissimo nidore naribus hausto, mortem mulieri statim minantur, nisi cibum quem paraverat, sibi exhiberet. At illa, bonam ipsis partem se reservasse respondens, reliquias filii sui detexit. Horror confestim stuporq; eos invasit. Stabant spectaculo attoniti. Tum mulier, Meus, inquit, est filius, meum hoc facinus. Edite vos, quando & ipsa comedi. Nolite aut femina molliores, aut matre benigniores videri. Quod si fortasse religiosi estis, & ab esu victimæ mex abhorretis: Ego dimidiam quidem partem jam consumpsi, reliquum perinde mihi maneat. Post hæc illi tremantes abcessere, ad hoc unum pavidi atque imbelles, & hoc genere alimenti agrè matri relicto. Fama continuo tanti sceleris per totam civitatem dispersa est, & quisque facinus illud ante oculos proponens, tanquam à seipso perpetratum esset, horrebat. Exinde cuncti fame oppressi ad mortem omni studio contendebant, & beatos illos censebant, qui antequam tantas calamitates aut oculis aut auditu accepissent, fato abrepti fuerant. Igitur Judæorum scelus atque impietatem adversus Deum Jesum Christum hujusmodi ultio consecuta est.

## CAPUT VII.

De prædictionibus Christi.

Vide Nicæphor. l. 3. c. 4.

**O** Peræpretium autem fuerit his adjungere certissimū Servatoris nostri oraculum, quo hæc ipsa prædixerat his verbis: Væ pregnantibus & nutricibus in illis diebus. Orate autem ne fuga

**A** δὲ διασπάλινων τε καὶ μυελῶν ἐχώρει, καὶ τὰ λιμὲ μάλλον ἔξεκαίοντο οἱ θυμοί. συνέβηλον λαβῆσα τὴν ὀργὴν μὲ τῆς ἀνάγκης ἐπὶ τὴν φύσιν ἐχώρει. καὶ τὸ τέκνον, ἦν δὲ αὐτῇ παῖς ὑπομάδιον, ἀρπασαμένη, βεβήκει. φωνήεν εἶπεν ἀθλιον. ἐν πολέμῳ καὶ λιμῷ καὶ σάσει, ἦν σε τηρῶ; τὰ μὲν ὡσαύτως Ῥωμαίοις δακρυῖα καὶ ζήσων μὲν ἐπὶ αὐτοῖς φθάνει ὅτι δακρυῖαν ὁ λιμὸς οἱ σασασαὶ ἢ ἀμφοτέρωθεν χαλεπώτεροι. ἴδι γὰρ μοι τροφή, καὶ τῶν σασασαῖς ἐειρήνης, καὶ τῶν βίβη μὲν, ὁ μόνος ἐλλείπων ταῖς Ἰουδαίων συμφοραῖς. καὶ ταῦτα ἅμα λέγουσα, κτείνει τὸν υἱόν. ἐπεὶ ὀπίσθησα, τὸ μὲν ἡμισυ κατέφαγον. τὸ δὲ λοιπὸν κατέφαγον καλύψασα, ἐφυλάτην. εὐθέως δὲ οἱ σασασαὶ παρήσαν, καὶ τῆς ἀθλιότητος κίνησης ἀποσάλλει, ἠπέλωσι εἰ μὴ δειξέτω τὸ ὡσαύτως ἔσθαι. ἀποσφάξην αὐτὴν εὐθέως. ἢ ἢ καὶ μοῖρα αὐτοῖς εἶπῶσα καλὴν τετηρηκέναι, τὰ λείψανα τὰ τέκνα διανεκάλυψεν. τῆς δὲ διθέσης φρίκη καὶ φρενῶν ἕκτασις ἦρει. καὶ ὡσαύτως τὸ ὄν ἐπέτηγαν. ἢ δὲ ἐμὸν ἐφη τὸ τοῦτον γήσιον, καὶ τὸ ἔργον ἐμὸν. φάγετε, καὶ ἢ ἐγὼ βέβρωκα. μὴ γήσιον μὴ τε μαλακότερον γυναικός, μήτε συμπαθέσθε μοι, καὶ εἰ δὲ ὑμεῖς εὐσεβεῖς, καὶ τὴν ἐμὴν ἀποσφάξτε. δευσιῶν, ἐγὼ μὲν ἡμισυ βέβρωκα, καὶ τὸ λοιπὸν δὲ ἐμοὶ μενάτω. μεταταύθ' οἱ μετέμνητες ἐξήσαν, ὡς ἐν τῷ δειλοί, καὶ μόλις ταύτης τῆς τροφῆς τῇ μητρὶ ὡσαύτως ῥήσαντες. ἀνεπλήθη δὲ εὐθέως ὅλη τὰ μυστήρια ἢ πόλις. καὶ ὡσαύτως ὁμμάτων ἕκαστος τὸ παθὸν ἀναλαμβάνων, ὡς παρ' αὐτῶν τοιμηθὲν δεινῶς ἐφείπε. ὡσαύτως δὲ λοιπὸν τῶν λιμῶν τῶν ἐπιτὸν θάνατον ἦν, καὶ μακαρισμὸς τῶν φθασάντων πρὶν ἀκῆσαι καὶ θρασυαῖς καὶ πληκῶν. τοιαῦτα τῆς Ἰουδαίων εἰς τὴν Χριστὸν τὸ θεῖον ὡσαύτως καὶ τῆς εὐσεβείας τὰ πᾶν.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ΄.

Περὶ τῆς Χριστοῦ προφητείας.

**Π**ραεθῆναι δὲ αὐτοῖς ἀξίον, τὴν ἀναστροφήν τῆς ζωῆς ἡμῶν ὡσαύτως ῥήσιον, δὲ τὰ αὐτὰ ἰσοδυναμοῦν ὡς πᾶσι ὡσαύτως ῥήσιον. ἢ τῶν ἐν γαστρὶ ἐχέσασαι καὶ τῶν ἐν ζῆσιν